albus. immediate ante hoc plato fuit niger post quodlibet instans praeteritum ante hoc plato fuit niger. Sed aliquibus non placet ista expositio: quia dicunt si ponatur possibilis instantium reproductio (quam modo admittimus) et ille propositiones non conuertuntur: de si poneretur casus quod socrates in hoc instanti non sit nec erit albus: et deus destrueret horam futuram: et incipio alterius horae reproductur hoc instans et socrates tunc primo sit et sit albus: ista est falsa immediate post hoc socrates erit albus: quia si socrates nunc non est albus et immediate post hoc erit albus: sic quicquid nunc incipit esse albus. Sed hoc est falsum ex casu tamen exponens est vera: scilicet ante quodlibet instans futurum post hoc socrates erit albus ut etiam constat ex casu. Etiam casu quo deus destrueret omne tempus futurum et socrates nunc sit albus et nunquam cesset habere albedinem exponibilis est vera et exponens falsa: quia nullum erit instans post hoc. Alii propter hoc aliam dederunt expositionem sic exponebant immediate post hoc socrates erit albus post hoc socrates erit albus et nullum instans erit post hoc quin inter ipsum et hoc socrates erit albus: immediate ante hoc plato fuit niger: ante hoc plato fuit niger: et nullum fuit instans ante hoc quin inter ipsum et hoc plato fuit niger. Et secunda exponens equivaleret huic disiunctiuae immo eius sensus per istam explicatur nullum in istis erit post hoc. vel inter illud et hoc socrates erit albus: nullum instans fuit ante hoc vel inter illud: et hoc plato fuit niger: ista expositio minus sufficiens videtur prima. tum quia secunda exponens est obscurior exponibili cum inuoluat ly quin et ly inter: tum quia in casu primo praeterea datur exponibilis falsa exponentibus veris de prima non est dubium: et de secunda patet per veritatem disiunctiuae cuius aequiualeat: in secundo casu dantur exponentes false exponibilis vera: quare alij aliam inueniunt et pro prima exponente assignabant praeterea: et pro secunda capiunt istam socrates infinite propitque erit albus. Sed certe ista expositio eandem patitur calumnia. nam cum ly pro pinque dicat propinquitatem: vel illa erit propinquitas loci: aut temporis: non primum ergo secundum. id est ultra: vel tantum dicit propinquitatem temporis veritatem vel imaginarij indifferentem. Si primum in primo casu datur exponibilis falsa: exponentibus veris: et in secundo e conuerso. Si secundum verum est: copulatiua ex exponentibus conuertitur in exponibilis: et e conuerso. Sed idem dicerent alij: quod ly instans in suis exponentibus dicit instans verum aut imaginarij: et sic non dedit exponibilem veram exponente falsa. Iuxta primum modum exponendi: aut exponentibus falsis iuxta secundam expositionem: aut e conuerso. Nam in primo casu sicut exponibilis est falsa ista et exponens: quia aliquod instans imaginarij erit: ante quod socrates non erit albus. Et in secundo sicut exponibilis est vera ista et exponens: quia verum est dicere quod socrates ante quodlibet instans verum vel imaginarij erit albus. Quare concludimus primum modum exponendi esse alij praestantiorum: tum quia breuior: tum quia clarior: quia secundus modus ut dictum est: secundam exponentem assignat obscuriorem exponibilis ratione illorum signorum: quin et inter. que etiam egent expositione. Et tertius modus ratione de ly infinita: quod etiam signum exponibile est et formalis obscurius et immediate. veniunt igitur deinceps primo modo exponendi. Sed aliquis arguet ut communiter sic probando illum modum non esse formalem et argumetur curret etiam contra alios modos. ista consequentia non est formalis immediate post hoc socrates erit al-

## De expōne ppōnū de ly immediate.

bus: igitur ante quodlibet instans futurum post hoc socrates erit albus: quia in simili inferendo hoc consequens: ergo ante quodlibet album futurum post hoc socrates erit albus, consequentia nihil valet. Ad hoc breuiter dicatur quod nulla expositionum datarum est formalis, ut bene probat argumentum: nec euasiones quae poterant dari aliquid praesentant. hoc tamen non obstat quin prima sit sufficiens expositio: quia ut iam tacitum est de ratione expositionis non est quod consequentia sit formalis: immo nec materialis. Si aliqua propositio daretur quae faciliter ad apprehensionem ultimam acrius et cum illa non conuerteretur: nihilominus exponeret. Si tamen eque bene exponendo potest assignari inter exponentes et exponibilem conuertibilitas, laudat: ut habeatur medium sufficiens ad probandam et

**Regula.** improbandam exponibilem. Exponitur igitur quae libet propositio de ly immediate per unam propositionem ategoricam in qua loco de ly immediate ponitur si fuerit de futuro istud complexum, ante quodlibet instans futurum, et si de praeterito: hoc post quodlibet instans praeteritum, ut propositionem primi generis: sic exponas, immediate post hoc socrates erit albus: ante quodlibet instans futurum: post hoc socrates erit albus: immediate ante hoc plato fuit niger: post quodlibet instans praeteritum: ante hoc plato fuit niger. De secundo ordine sic immediate post hoc socrates non erit albus, ante quodlibet instans futurum post hoc socrates non erit albus, et consimiliter si fuerit de praeterito, per contradictorias istas expones quae sunt de tertio et quarto ordine. Sed unum animaduertendum quod propositiones de ly immediate sunt duplices: quaedam sunt in quibus nullus terminus praecedit ly immediate: et illa est statim exponibilis, ut sunt praedictae propositiones, et istae etiam duplices: quae aut termini praecedentes sunt resoluibiles: aut non. Si secundum ut est ista, michael immediate post hoc erit, statim exponenda est. Si prima ut est ista: socrates immediate post hoc erit albus: prius debet resolui. Quare istae copulatae sunt vere immediate post hoc erit instans: et nullum instans erit immediate post hoc, veritas prime partis patet per exponentem: et secunde per illud quod diximus quod nullum instans est immediatum huic: aut alicui instanti. Et ista etiam concedenda immediate post hoc erit homo: et nullus homo erit immediate post hoc in casu quo diuidatur hora sequens (in cuius instanti initiatio sumus) per partes proportionales ad modum praedictis: minoribus versus hoc instans: et alia et alia parte proportionali sit, alius et alius homo, supponas hic cum praedictis non esse dandam ultimam partem proportionalem: igitur quacumque parte signata alia erit ante ipsam: igitur signato quocumque homine: alius erit ante ipsum, ergo nullus erit immediate post hoc, tamen immediate post hoc erit homo: ut patet per exponentem et similem copulatae verificabilis, de paribus ipsis proportionalibus.

De suppo-  
sitione tmi-  
noy et reso-  
lutione sub  
eis facienda.

**CV**isa expositione propositionum de ly immediate de suppositione terminorum et de resolutione sub eis faciendae: determinandum est de terminis praecedentibus: non est dubium: quin supponatur secundae exigentiam suorum signorum: et secundum talem ascendendum aut descendendum. Sed de sequentibus si aliquo alio signo non determinentur: dicitur quod supponit confuse ut ly homo ibi immediate post hoc erit homo: et non valet descensus copulatiuus nam in casu nuper tacto: antecedens est verum: et quilibet singularis sub illo est falsa: quare nec valet disunctiuus: bene

tamen licebit ascendere disunctiuus et copulatiuus. Et sub ly homo in hac immediate post hoc erit omnis homo: aut in hac immediate post hoc nullus homo erit: et si distribuatur non tamen valet descensus copulatiuus nec disunctiuus: quia in eodem casu instatur: valet tamen ascensus copulatiuus: in hac a. homo immediate post hoc erit, non est dicendum illam confusam equivalere determinate: quia ly immediate distributionem includit: ideo illa statim est exponenda et est vera in praecedenti casu.

**¶** Sed restat unum examinandum circa praedictas propositiones: ut oppositiones inter illas consideramus. an ly post: et ly ante in illis capiuntur aduerbially: vel prepositionally: refert enim sic aut sic illa sumere: pro quo notetur quod tunc ly post, et sic dices ly ante) capitur aduerbially: quando inuoluit determinationem importantem tempus aut instans: sic ut sensus istius propositionis: socrates post hoc non erit animal sicut ista, socrates non erit animal. Et si vis magis aperte videre differentiam propositionum in quibus illa signa capiuntur aduerbially aut prepositionally: vtere secundo modo exponendi, quem assignabimus, qui vult expositionem fieri per praesentem et per prepositionem de ly quin, et de ly inter: immo capiendo aduerbially non poterit aliter exponi. Ex quo cognosces propositiones secundi generis non equiuale: nam ista consequentia nihil valet: immediate post hoc socrates non erit albus: igitur immediate post hoc socrates non erit albus. Si in antecedente capitur ly post, aduerbially et in consequente capiat prepositionally: nam si sit casus quod hora futura diuidatur per partes proportionales minoribus versus hoc instans: et in qualibet parte pari socrates sit albus: et in qualibet impari non, antecedens est verum: quia prima exponens est ista: socrates post hoc non erit albus: id est in aliquo instanti post hoc, et de secunde veritate aperte constat. Sed falsitatem consequentis ostendit falsitas prime exponentis quae equiuale huic: socrates nunquam erit albus. Sed in affirmatiuis est difficultas an sic vel sic capiendum sit inter istas equivalencia aut non. Ad quod dico quod non sunt equivalentes, pro cuius ostensione notetur: quod in hac propositione et similibus, post hoc omne animal erit homo: quae erit prima exponens istius, immediate post hoc omne animal erit homo: capiendum ly post aduerbially: et determinatio quam includit ly post, stat determinate: ut patet in explicatione illius: et per consequens valet resolutio disunctiuus sub illa: quae facta ut hic, in hoc instans: post hoc omne animal erit homo, potest teneri et ly animal restringatur ab illa determinatione: ut sit secundum sui exigentiam, aut quod non: sed quod tantum sit copule determinatio. Dico igitur quod siue primum: siue secundum: teneatur: quod propositiones primi ordinis in quarum una tenetur ly post aduerbially et in alia prepositionally non equivalent, quia si ponatur casus quod nunc et per totam horam futuram non sint alia animalia, nisi homines: et post modum sint bruta: est ista propositio, immediate post hoc omne animal erit homo, falsa: capiendum ly post prepositionally: et vera capiendum aduerbially: ut ostendunt exponentes ipsarum. Si vero teneatur secundum: scilicet quod determinatio copulae non restringit predicatum: nec ante resolutionem nec post: etiam non equivalent. Pars si ponatur casus quod



hora futura diuidatur per partes proportionales minoribus versus nos: in qualibet parte pari socrates erit albus: & in qualibet impari erit niger: & plato in qualibet pari niger: & in qualibet impari albus. ista propositio immediate post hoc omnis homo erit albus si capiatur ly post adverbialiter est falsa: quia prima exponens est falsa etiā facta resolutione: scilicet post hoc in hoc instanti omnis homo erit albus: nam demonstratur qd omnis homo qui erit erit in instanti demonstrato albus. Si tamen capiatur ly post prepositionaliter est vera: ut patet per exponentes. Sed ut facillius possit iudicare de veritate aut falsitate propositionis in qua capitur prepositionaliter notato: talem propositionem equiualeat sue preiacenti: vel sue parte exponenti. exponendo secundo modo. quod deducitur de ista immediate post hoc plato erit animal: quia exponibilis infert primam exponentem de hoc non est dubium. et prima exponens exponibilem. quia si plato non erit animal: igitur nec immediate post hoc nec mediate erit animal: igitur bene sequitur plato non erit animal: igitur immediate post hoc plato non erit animal: hoc tamen sine instantia verum est de propositionibus. In quibus terminus nō precedit ly. immediate. quia in alijs nisi aliqua limitatio addatur: videtur regulam pari instantiam quia ista. Socrates immediate post hoc nō erit animal: in casu quo socrates nec nunc sit nec per totam horam sequentem. sit futurus: post modum tamen erit: videtur in cōmuni modo concipiendi vera: ista tamen est falsa: socrates post hoc non erit animal. Notatur igitur regula cum ista limitatione dum modo in prima exponente termini sit eodem modo quo ad ampliationem restrictionem. et. quare preiacens aut secunda exponens cui habet equiualeat predicta propositio est ista. Socrates qui immediate post hoc erit non erit animal: que est vera propter non suppositionem subiecti sicut & exponibilis.

Regula

De oppo-  
nionib' dis-  
critur.

De oppo-  
nionib' dis-  
critur.

His notatis de oppositionibus istarū propositionum est agendum. quare eodem modo inter illas sunt constituende sicut in categoricis: quando in illis ly. post capitur prepositionaliter. sic qd si aliquis terminus precedat signum exponibile. si fuerit terminus cōmuni in alia debet supponere suppositione requisita ad oppositionem quam inter illas propositiones pretendimus assignare. Signum tamē exponibile in contradictionis nec in contrariis non debet negari nec in subcontrariis nec in contradictorijs affirmari: quare in illis reperit omne genus oppositionum: videlicet inter istas. omnis homo immediate post hoc erit animal. omnis homo nō immediate post hoc erit animal. homo immediate post hoc erit animal. nam prime due sunt contrarie & vltime subcontrarie. secunda & tertia contradictorie: sicut prima & quarta. & prima & tertia subalterne: sicut secunda & quarta. iste tamen due. homo immediate post hoc erit animal. homo immediate post hoc nō erit animal nullam legem participantis quia manet eadem vniuersalitas ex parte d' ly. immediate. & eadem particularitas ex parte de ly homo. Sed quia ista dicta sunt de propositionibus in quibus termini precedunt. De alijs in quibus terminus sequunt: aut in quibus vna sequitur. & alia precedit: modo dicendum est. De primis igitur dico qd contradicendum est per propositionem negationis & non alias ne maneat eadem vniuersalitas ex parte de ly immediate. contrariandū tamen est per hoc qd non maneat eadem particularitas. **Regula.** tas maneat tamen eadem vniuersalitas. quod potest fieri dupliciter vno modo non negando signū vt huius

Regula.

immediate post hoc omnis homo erit animal. hanc assignabis pro contraria. immediate post hoc omnis homo non erit animal. & hanc. immediate post hoc homo non erit animal. Alio modo negando signum sed ex parte alterius termini faciendo qd maneat eadem vniuersalitas: vt predicta propositioni. hanc etiam assignabis non immediate post hoc homo non erit animal. **Regula.** Et ad subcontrariandū oportet remouere vniuersalitatem & seruare particularitatem: quod potest fieri negando signum & terminos distributos & non distribuendo in distributos. vt huius. immediate post hoc omnis homo erit animal. sic assignabis subcontraria. non immediate post hoc omnis homo animal nō erit. que etiam erit subcontraria istis. immediate post hoc homo erit animal. **Regula.** Sed si in vna precedat terminus et in alia sequatur. ista regula notanda qd tales propositiones nullo genere oppositionis opponuntur. ratio est quia stabit subiectum supponere in vna & non in alia. qd si supponat in affirmatiua & non in negatiua non repugnabit veritas: vt in istis omne album immediate post hoc erit homo. non immediate post hoc omne album erit homo. quia casu quo homines solum sint nō albi: post hoc tamen non erunt albi: dantur vere de affirmatiua non est dubium & de negatiua patet per suam contradictoriam que est falsa. Si tamen supponat in negatiua subiectum ipso non supponente in affirmatiua dabitur false. vt patet in istis. omnis homo immediate post hoc erit albus. & non immediate post hoc omnis homo erit albus. Si ponat casus qd hora futura diuidatur per partes proportionales minoribus versus nos. & in alia & alia parte prepositionali. sit alius & alius homo albus. & nō sint alij homines. Etiam iste non opponitur contrarie. omne album immediate post hoc erit homo. immediate post hoc omne album erit homo: dantur vere in primo casu. & si transponis qualitates dantur false in secundo. Quare etiam contra dictione istarum non opponitur subcontrarie. Est igitur oppositio quecumq; sit illa in istis in quibus ly. post. aut ly. ante. capitur prepositionaliter assignanda iuxta regulas predictas.

Regula.

Regula.

no erit  
sic omne albus in p hoc non  
immediate post hoc homo  
erit homo: qd subiectum  
tunc non supponit

Sed si capiatur adverbialiter aliter procedendum est quia cum ly. post. aut ly. ante. includat de terminationem importantem tempus: oportet ad illa aspiciere atq; negare: aut affirmare: aut suppositionem illi tribuere secundum exigentiam istius vel illius oppositionis. Hinc sequitur has non contrariari. omnis homo immediate post hoc disputabilis: & omnis homo immediate post hoc non disputabilis: quia manet eadem particularitas ex parte determinationis temporis aut instantis inclusi in ly. post. contraria tamen prime erit ista nullus homo immediate post hoc erit albus: quia remouetur predictus defectus de alijs generibus oppositionis in istis facile poteris iudicare. nec est multum in illis immozandum quando quidem nō capiuntur pro exponentibus in propositionibus de incipit: sed ille in quibus capitur ly. post. aut ly. ante. prepositionaliter. De ly. inter nō ita apte distinguitur penes hoc qd in secunda exponente capiatur adverbialiter vel prepositionaliter quia semper capitur secundo modo: cum semper lungatur: accusatiuo. Propter eandem rationē ly. ante. in priori modo exponendi nō potest capi adverbialiter: puta in ista. ante quodlibet in istis futurū post hoc socrates erit hō. Quare sequit qd ista propositio nō potest exponere aliqua d' ly. immediate. in qua ly. post. capiat adverbialiter s' in illā in qua capitur prepositionaliter. **Regula.** Contra predicta rationibus facillimis ac predictis declaratis breuiter (q' d' plius in istis)

Contra p'de  
cia arguit.

# De expositione propositionum de incipit.

hucusque processum? Instabitur. Primum sic arguitur. cōtra modum exponendi quod inter alios magis approbas. Si ponatur casus quod post hoc iustas nullus sit tempus, tunc socrates qui modo est non contrahatur. nec cesset esse ista. postpositio est vera. immediate post hoc socrates erit. tamen ista est falsa. ante quolibet instans imaginarius futurum. post hoc socrates erit. quod iustas imaginarius non supponit. quare illa est affirmativa de subiecto non supponente. Si tamen dicas quod supponit per duratōe refertur sicut solet dici. quod ante creationem mundi illa esset vera. deus est ens per se impoitate duratōe rei. non tamen temporis est nullus esset tunc. quod quidam duratio rei nihil aliud est quam ipsa res. Sic arguitur. cum per instans ibi distribuitur. ante quolibet quod stat per duratōe casualitatis rei. Sed singularis in qua demonstrabitur duratio dei est falsa. quod falsum est dicere quod aliquid erit ante deum vel de duratōe. igitur. Et affirmat. non sequitur immediate post hoc socrates erit. igitur. ante quolibet instans futurum post hoc socrates erit. quod si socrates non sit nec erit per horam futuram. in principio ista altera per hoc sequitur reproducat hoc instans. quod sit vitiū non esse socratis antecedens est verum et per hoc falsum de consequentia falsitate nemo dubitat in casu. antecedens ostendit quod est una. propositio de futuro contingenti. igitur et est et semper fuit vera. et non potest incipere esse vera. et si nunc non est vera inciperet esse vera in secunda reproductione instantis igitur. r. r.

Ad primum huius respondet negando exponente esse falsam. et quando probas quod per instans imaginarius non supponit. negat illud. Et quando petis per quo supponit. dico quod supponit per illo pro quo supponeret hoc aggregatū. instans quod esset futurum. si specialiter adeo non impediret. ex quo patet clare veritas illius. propositio. Ad confirmationem diversis diversis assignat reproductiones. quidam dicit illa exponibile veram. propter rationem tactam in argumentis. ceteris quia est de futuro contingenti r erit vera in reproductione de huius instantis. igitur. semper ante illud fuit vera. et modo est vera. Alii vero sua dent oppositū. quia dicunt si illa modo est vera et ex casu etiam ista. est vera socrates non est. igitur. incipit esse socrates. quod constat esse falsum. quare secundum istos argumentum non currit. alii dicerent consequens debere sumi in hoc sensu ante quolibet instans futurum post hoc in illa qua sui reproductione erit socrates. Sed ut lites hec componantur ego dicerem. quod ista propositio et similes immediate post hoc socrates erit. semper habet intelligi sub per hoc instans in hac productione. quare illa propositio in casu predicto est falsa. et stante tali casu nunquam verificabitur et ante huius instantis productionem erat de futuro contingenti et vera.

Secundo sic arguitur. Contra illud quod dictum est de agebat de resolutione faciēda sub terminis sequentibus per immediate. scilicet quod si supponit distributive non valet descensus copulativus bene tamen ascensus. sic arguitur. non sequitur. immediate post hoc non erit hic homo. et immediate post hoc non erit hic homo. et igitur immediate post hoc non erit homo. quia casus quod in alio et alio instantibus future est alius et alius homo. sic quod nec unus homo duret per tempus. nec duo homines sint in eodem instanti. antecedens est verum et consequens falsum. ut constat per exponentes. Ad hoc dicitur consequentia esse bona. quia constantia debet esse ista. et immediate post hoc erunt isti homines. quod falsa est in casu. quia nulli homines erunt immediate post hoc. nec immediate post hoc erit aliqui homines. Sed contra hoc est replicata. quia si ponatur quod tres homines erunt immediate post hoc. in ista consequentia datur antecedens verum et con-

sequens falsum. immediate post hoc homo non erit hic homo. et immediate post hoc homo non erit hic homo. et et immediate post hoc erit isti homines. igitur immediate post hoc homo non erit homo. breviter ad hoc dicitur. quod arguitur a pluribus determinatis et quis per homo stat consuevit in ordine ad per immediate stat de terminante in ordine ad per a parte predicati. De per hoc in hac immediate post hoc homo erit animal in casu huius arguerit. et per pars propositio in hac immediate post hoc erit aliqua pars propositio. et non oportet quod veritas supponat. potest dici quod non. quia nullus est signabilis homo. per quo supponat. nihilominus propositio est vera. quia veritas non debet attendi penes suppositionem. sed penes expositionem. potest etiam dici quod supponit. et non oportet quod verificetur de pronome demonstrante. aliquem hominem. Sed sufficit sic fieri verificatio immediate post hoc erit homo. et supponit per quolibet hōie futuro. quia quando capitur. propositio non restringit terminus sequens ad standum pro illo quod est vel immediate post hoc erit. Sic stat per quocumque quod erit. alius et si capiat adverbialiter.



Si plixius quod institueramus circa naturam de per immediate impositum de verbis importantibus in conceptionem ac definitionem restat agendum. scilicet de per incipit et per desinit. de per suppositione terminorum in propositio nibus quas determinat inuentoribus et talibus propositio et expositione et talibus communiter in hac materia solent disputari. Sciendum igitur est primo quod per incipit ampliat ad illud quod est vel immediate post hoc erit. per desinit ad illud quod est vel immediate ante hoc fuit. ex quo sequitur ampliatione de per sit et de per incipit differt. quia per sit ampliat ad illud quod est vel erit. quia et dicitur fieri angelus si nunc per duceretur et tunc dicitur etiam fieri quando non dicitur perlecta est. eodem modo ampliant eorum participia incipiens. scilicet ac desinens. Sic circa ista participia notanda. quod aliquando capiunt exponibiliter et et universalliter quando ponuntur a parte predicati. ut hic socrates est incipiens esse. et tunc ampliat modo predicto. Alio modo capiunt non exponibiliter sed dicuntur capi categorice. et universalliter sic quando ponuntur a parte subiecti. tunc non habent virtutem ampliant et veritas propositionis habet cognosci penes suppositionem extremam. ut ista aliquid incipiens esse est homo. Et de suppositione subiecti videbitur per verificationem de pronome demonstrante rem de qua dubitatur. an per illa supponat. sic hoc est incipiens esse. cuius veritas per expositionem cognoscenda est. quia ibi capitur exponibiliter. Bene tamen poteris ex suppositione vel una locatertius. sic ut ibi capiat exponibiliter incipiens esse est homo. et ibi categorice homo est incipiens esse. quando capitur cum per mne aut per aliquid. semper capitur categorice.

Sed pro istarum propositionum expositione notanda est quatuor esse instantia. quod ad definitionem et in conceptionem deservire dicuntur. sic ut nihil incipiat aut desinat esse nisi per aliquid ipso. scilicet primum instans esse primum instans non esse. ultimum instans esse ultimum instans non esse. primum et tertium deservunt inceptio. scilicet vero et quartum desinunt. Est igitur primum instans esse. in quo res est et non immediate ante illud fuit. Et primum instans non esse. in quo res non est sed immediate ante illud fuit. Et ultimum esse in quo res est et non immediate post illud erit. Et ultimum non esse in quo res non est sed immediate post illud erit. Sed nota quod refert preponere vel postponere terminum cuiuslibet. sicut si terminus quod

qui dant primam solutionem sunt exponibiles per se et exponens

De incipit et desinit de terminat.

homo est non desinat.

preponitur vel qui posponitur est terminus communis aut terminus singularis connotativus aut impositus re indivisibilis. exempli primi iste non equivalens hoc est primus instans hoies. et hoc est hoies primus instans: quia casu quo socrates nunc primo sit: precesserit tamen multi hoies. scilicet est vera. quia hoc est socratis primus instans est igitur hoies: prima tamen est falsa et ad eius veritatem requiratur nullus hoies: precesserit exempli secundi refert dicere hoc est primus instans esse albi: et hoc est albi primus instans esse. nam si socrates qui ante hoc fuit nunc primo sit albus: prima est vera: et scilicet falsa. quod patet si resolutus sit albi in ly socratis. exempli tertii refert dicere hoc est primus est socratis. et hoc est socratis primus est. nam si ante hoc non fuisset socrates: fuisset tamen eius partes qui nunc fuerit vultus. prima est vera. scilicet falsa. non tamen refert dicere hoc est michael primus instans. aut primus instans michaelis. Eodem modo refert aut non refert preponere an posponere terminos respectu aliorum terminorum importantium alia instantia.

**R**ursus quia illa duo instantia que assignantur mus pro inceptioe non seruiunt pro inceptioe cuiuscumque rei: nec pro cuiuscumque destinatione alia duorum: tantum quod rerum quedam sunt permanentes quo ad esse et fieri: sicut sunt res indivisibiles: ut anima et angelus et res habens partes cui non repugnat omnes illas et acquirere et habere simul: et si loquamur de non repugnantia supernaturali socrates et celi sunt huiusmodi. si naturaliter minimum naturale est huiusmodi. Quaedam sunt simpliciter successive quo ad esse et fieri: ut tempus et motus: quia repugnat illis ex suis naturis et acquirere et habere suas partes simul per omnem potentiam. Alii sunt medio modo se habentes qui sunt successive quo ad fieri: permanentes quo ad esse. quibus non repugnat habere suas partes simul: non tamen acquirere et supernaturaliter fortassis nullus est talis res. quia qui possunt habere suas partes simul non repugnat per vel potentiam eas simul acquirere. Sed loquendo naturaliter in hoc membro domus tunica et socrates etiam sunt huiusmodi. Applicando igitur ista ad propositum dico quod res permanentes quo ad fieri vel indivisibiles incipiunt esse per primum esse. Et res successive quo ad fieri vel vicium non esse. Et res permanentes quo ad esse desinunt esse per ultimum sui esse vel indivisibiles et divisibiles sic permanentes. et res successive quo ad esse desinunt esse per primum non esse. **S**upponatur etiam ante istam propositionem expositionem quod tantum sunt duo genera illarum quedam sunt affirmatiue in quibus verbum incipit affirmatur. Alii negatiue in quibus negatur. nec ista socrates incipit non currere constituit aliud genus: quia solum verbum incipit est ibi verbum principale: quare ista propositio pertinet ad primum genus. Equivaletque illa propositio huic socrates desinit currere sicut ista socrates desinit non legere huic incipit legere: eodem modo dices quod in illis de desinit sunt tantum duo genera.

**Q**uibus premissis ad ipsarum expositionem nos convertamur. Propositio de incipit primi generis exponitur per unam disiunctivam compositam ex duabus copulatiuis per quarum primam denotatur inceptio per primum esse et per secundam per ultimum non esse ista: michael incipit esse. sic expones. michael nunc est et non immediate ante hoc fuit: vel michael nunc non est et immediate post hoc erit: quod est de secundo genere: exponitur per copulatiuam contradictoriam compositam ex duabus disiunctis contradictoriis copulatiuis alterius. Ista michael non incipit esse sic / michael non est vel michael immediate ante hoc fuit: et michael est vel non immediate post hoc erit. propositio de desinit primi generis exponitur per unam disiunctivam compositam ex duobus copulatiuis: per quorum primam denotatur desinitio per ultimum esse et per secundam per primum esse: ista gabriel desinit esse

sic expones: gabriel est et non immediate post hoc erit: vel gabriel non est et immediate ante hoc fuit: contradictoria sic. gabriel non est vel immediate post hoc erit. et gabriel est vel non immediate ante hoc fuit. Nota tamen hic quod ly nunc non valet sicut in hoc instanti: quia si laborat hoc instans: et in alio instanti michael inciperet esse: exponibilis esset vera: exponitur falsis: capitur ergo ut tantum valet sicut in instanti quod est presens. De ista propositioe michael desinit non esse iam dictum est quod equivalet huic. michael incipit esse: et eodem modo exponitur. et eodem modo ampliat desinitio: sicut incipit. Simili modo dices de incipitio: et desinitio: quare oportet esse circumspectum in explicatione ampliationis de ly incipit non: quod debet explicari sicut de ly desinitio: et de ly desinitio: sicut de ly incipit. **N**ota tamen oportet semper ut tota illa disiunctiva ad exponendam aliquam illarum propositioem. nam si res cuius denotatur inceptio: sit omnino indivisibilis: cui non possit succedere esse per ultimum non esse: nec desinere per primum esse. satis erit ut primum copulatiuis in exponendo. Si vero fuerit res quod non potest incipere esse: per primum esse: nec desinere per ultimum esse: sicut tempus exponatur propositio per scilicet copulatiuis.

**P**reterea notandum quod non omnes propositiones de incipit aut desinit sunt immediate exponibiles: nam si termini connotatiui aut absoluti resolutibiles precedant propositio facta est resolutio quod exponatur. Si nullus terminus precedat aut si precedens fuerit irresolubilis immediate est exponenda. hoc intelligendum venit siue signum exponibile sit verbum aut participium exponibiliter sumptum. nam si categorice capiat iam dictum est quod penes suppositionem extremorum attendenda est veritas. in hac tamen propositioe incipit. b. hoc est album ex parte de. b. hoc faciendum est pro resolutio ista. a. hoc incipit esse immediate est exponenda. Et his sequitur quod iste propositio nihil valet pro incipit esse: ergo incipit esse hoc: nam si socrates nunc primo sit et alii hoies sint et fuerint antecedens est verbum et propositio falsum. Et si nihil incipiat esse socrates tamen incipiat esse albus ista nihil valet incipit esse albus: ergo album incipit esse. nec valet etiam in terminis singularibus absolutis resolutibilibus: quia non sequitur incipit esse socrates: igitur socrates incipit esse: si fuerint eius partes et nunc pro conungatur antecedens est verbum et propositio falsum. Quare etiam plures theologi hanc negant incipit esse christus: ergo christus incipit esse: quia in pro instanti conceptionis christi redeptoris nisi antecedens erat verbum: ut pro immediate exponendo propositio falsum: ut pro facta resolutione sub ly. Christus sic christus incipit esse: et hoc est christus: verbum divinum demonstrando igitur hoc incipit esse: autem est falsum et hereticum pro bona igitur etc. **S**i si doctor subtilis videat procedere ista christus incipit esse non concedit nisi ut inceptio denotet convenienter christo scilicet illud esse quod sibi ex tempore convenit puta secundum esse hoies. aut secundum humanitatem. sicut etiam ipse concedit ista: socrates albus incipit esse casu quo socrates fuerit et sit et nunc pro incipiat habere albedinem: quare tales propositioes debet distinguere iuxta eius doctrinam: quia aut inceptio denotat convenienter subiecto scilicet est formalis si significat aut secundum esse materialis aut secundum esse virtuosum. Si primum ista propositio socrates albus incipit esse est vera in casu posito. Si secundum aut tertium est falsa sic ista christus incipit esse est distinguenda: quia aut inceptio denotatur convenienter subiecto id est christo secundum esse divinum quod est materiale de ly christus: aut secundum esse hoies quod est formale significatum aut secundum virtuosum si tertium aut primum est falsa et heretica si secundum est vera: quia idem est ac si diceret christus incipit esse hoc aut inceptio esse christus. Et si solo tamen per dicta propositio non concedat nisi primum disiunctioe ista. et semper explicando sensum catholicum. sancti enim noluerunt ista concedere ne ex concessione in sensu catho-

Seco. 5. de  
12. dist. 11. q.  
3.

non

q

# De expōne pponū de incipit et desinit.

lico quem p̄didit doctor subtilis dare occasio hereticis accipientibus ipsam in sensu erroneo. Sequitur ex his illam ppositionem esse immediate exponibilem et non resolvablem in illo sensu. Sequitur etiam male aliquos dānare doctores subtilis qui cū fuerit catholicus doctissimus ac iustissimus suis assertionibus circa speciem credendū est verum sensum ac catholicū p̄didisse et ex vi sermonis tolerabilem. Quis iuxta logicā nouā noialitū nō reputaret tolerabilem? Cuiuslibet licitū ē citra fidei errorem: i suo sensu abdicare p̄diditū et ipse p̄ sua assertione habet essentialem rōnem. Quod vnde ē q̄ i ista socrates albus ē coloratus ly colorat⁹ denotat cōuenire subiecto ratione significati formali adiecti materiali et nō p̄pter materiale vt cōstat: et cōcedit p̄positio. quare igitur in ista socrates albus incipit esse: p̄dicatū imponans inceptio nō denotabit cōuenire subiecto rōne significati formali q̄ nōc p̄mo coniungit materialē p̄pter q̄ illa p̄positio venit cōcedēda. vel vnde est q̄ illud p̄dicatū incipiens esse sic respiciat aut restringat subiectū vt solum in p̄positione in qua ponit denotet cōuenire materialē significati et nō formali et in ista socrates albus est colorat⁹ denotet cōuenire p̄dicatū subiecto ratione formalis. certe vñ p̄dicatū si sit reale et p̄me intentionis nō magis habet restringere subiectum personali ter supponere aut ip̄s alienare et aliud etiā reale et p̄me intentionis. Simile argumētū facies de ista christ⁹ est hō. vnde est q̄ illud p̄dicatū denotat venire christo ratione significati formali de ly christ⁹. s. humanitatis: q̄a alias nō veniret sicut nec veniret patri. Quare igitur in ista christ⁹ incipit esse hoc p̄dicatū incipiens esse non denotabit cōuenire etiā subiecto ratione significati formali. s. humanitatis quā ex ip̄e sibi vniuit hō dicitur: hęc dixerim nō vt putē sumulitudo vtile ē i theologicis ante t̄ps exerceri. Sed ad instātiā quorūdam discipulorū lectiois scoti q̄ sup̄ hac re sepe de gladiabat.

De suppositionibus terminorū p̄positionū de incipit ac desinit facile est determinare. Quā terminū p̄cedētes supponit scdm̄ exigentiā suorū signorum: Sequētes vero distributue immobiliter ratione negationis in se ly incipit aut ly desinit quare non vel sub illis resolutione aliqua nec p̄ asētām copulatiuā aut disiunctiuā nec etiā p̄ descensum. Nam si ponat casus q̄ in alio et alio instāti hōre future sit futur⁹ alio et alius hō et nunc nō sit hō. ista est vera incipit esse hō tamē q̄libet singularis est falsa. Et si aliquid hōies fuerint ante hoc qui modo nō sint incipientes t̄ modo esse aliquid p̄ prius esse singulares sunt vere in quibus demonstrabile hōies qui modo sunt aut immediate post hoc erunt: et non licebit alios demonstrare iuxta ampliationem de ly incipit et tamē exponibile est falsa.

In assignandis oppositiōibus inter istas p̄positiones eodē modo p̄cedas sicut in p̄positiōib⁹ et ly immediate mutādo suppositiones terminorū p̄cedētū scdm̄ exigentiā oppositiōis p̄poni quas assumis. ly incipit cum includat vniuersalitatem nō debet negari in cōtrariis nec in subcōtrariis affirmari: nec in cōtradiatorijs aliquid illorū licet facere: inuenies igitur omne genus oppositiōis inter istas p̄pones omnis homo incipit esse homo non incipit esse/ nullus homo incipit esse homo incipit esse. Et si illas facias modales. Si tamen cōpares p̄ponē in qua ly incipit p̄cedit aliq̄s terminus p̄positiōis in qua sequit̄ similis: nō inuenies oppositiōem aliquā: q̄a habet non supponere in affirmatiua supponēte in negatiua/ vel cōuerso. vniuersalitatem sequē ly incipit nō ē sufficiens vt p̄positiōis in qua ponitur assignes oppositiōem cōtrariā: nam hūc incipit omnis hō esse albus si aliqua cōtrarie opponeretur ma-

xime esset ista incipitōis hō nō esse albus: sed si poneretur casus q̄ in hoc instāti omnes hōies qui sunt inclperent esse albi et idē instans sit vltimum esse illorum ambe sunt vere de prima p̄stat de sc̄da patet p̄ veritatem istius desinit omnis hō esse albus cui equialet. Nec p̄t habere hęc nō incipit hō esse albus: nā si immediate ante hoc aliqui hōies fuissent albi aliqui nigri omnes t̄ qui nōc sunt sint albi ambe sunt vere. Similiter p̄positiōis in qua termin⁹ sequens ly incipit stat indistribute nō poteris sufficienter assignare subcōtrariā: q̄a hūc incipit hō esse albus nō subcōtrariatur ista non incipit omnis hō esse albus/ q̄a casu p̄tactō sc̄do ambe sunt false. Nō habent igitur illi termini nec sufficienter nec cōplectā vniuersalitatem nec particularitatem ad p̄dictas oppositiōes bene t̄ termini p̄cedentes hoc t̄ puenit ex modo significati de ly incipit aut desinit. De cōuersione hanc p̄positiōis solet in primo tractatu p̄dicari que debet fieri seruata similitudine in p̄tatione restrictiōis. et in cōuersa q̄ in cōuertente. Et istam homo incipit esse animal sic cōuertas quod incipit esse animal homo ē vel immediate post hoc erit. istam hęc entia incipientes ē animalia sic que incipit esse animalia hęc entia sunt vel immediate post hoc erunt istam incipit esse homo cū ly hō ibit sit subiectū et ly incipiens esse sit p̄dicatū cōuertes in ista incipiens esse est homo vt ly incipiens esse capiat̄ exponibilis: quia dicitur indifferēter posse capi saltē si non determinatur aliquo signo vt ibi aliquod incipiens esse est animal: vbi semper capitur catechizemate.

Contra p̄dicta modo instandum est rationibus cōmuniibus et tangētib⁹ difficultates p̄ predicto p̄ ampliorē intelligentia necessaria. Et primo arguitur cōtra vñ de p̄cedētib⁹. s. q̄ p̄positiones in quibus aliquid termini resolvable p̄cedit non sit immediate exponibile/ sed veritas illi⁹ immediate cognoscēda per resolutionē/ non sequitur hęc entia incipit esse animalia/ et hęc entia sunt vel immediate post hoc erit/ homines: ergo homines incipit esse animalia: et arguitur p̄ resolutionē igitur. et maior pater: q̄a casu quo sint modo due materie et due forme et i hōra futura diuisa p̄ partes proportionales: in alia et alia parte sit alii et alii hōies p̄ diuersam trāsmutationē materiarū q̄ dei potētia nō repugnat antecedēs est verum et p̄ns falsum minor apparet vera: quia nō videt̄ quo alio modo possit fieri resolutio: sub subiecto illius p̄positionis. Ad hoc cōceditur q̄ nō sequatur nec est cōsequētia resolutoria quia variatur appellatio ex parte de ly hōies: quia in minore sequitur immediate et in cōsequēte p̄cedit ly incipit p̄pter quā diuersam acceptiōnem de aliquo habet verificari in minore de quo non put in cōclusionē. si tamen sic capres minore hęc entia homines sunt vel immediate post hoc erunt bene cōcluderes: modo t̄ sic habes cōcludere incipit hōies esse animalia. Propter q̄d etiā nō sequitur omnia animalia incipit esse et iste materie et iste forme sunt vel immediate post hoc erit animalia: igitur iste materie et iste forme incipit esse: q̄a addēdo casu p̄dicto q̄ iste materie et iste forme ante hoc etiā fuerint/ et nōc sc̄piat̄ eē p̄ primū eē duo equi antecedēs est verū et p̄ns falsū. p̄t diuersā acceptiōnem de ly animalia in maiori et minori.

Secūdo sic arguitur, nō sequitur michael nunc est et non immediate ante hoc fuit ergo michael incipit esse: quia in simili non valet socrates nunc est et non immediate ante hoc fuit ergo socrates incipit esse: nam si materia et forma socrates fuissent ante hoc et nunc primo vniantur antecedens est verum et consequens falsum. Si tamē dicas oppositiōem de ly incipit

De cōuersione p̄positionis de incipit.

plē non esse formalem saltem quando terminus aliquid precedit, cōtra etiā non sequit formaliter nisi homo est albus, et non immediate ante hoc fuit albus: ergo incipit homo esse albus: quia ista esset in simili. forte homo est albus: et non parum ante hoc fuit albus: igitur incipit homo esse albus: nam sicut ly forte non correspondet in consequente aliquis terminus nec ly parum et. Similiter nec ly nunc aut ly immediate. Ad hoc dicitur breuiter expositionem non esse formalem: nec termino precedenti ly incipit nec sequenti: nec hoc obstat ne sit expōitio: ut in precedentibus est tactum.

**Terzio arguitur.**

**T**erzio arguitur nō sequitur socrates nūc est omnis homo et nō immediate ante hoc fuit omnis homo: ergo socrates incipit esse omnis homo: igitur et. casu enim q̄ socrates p̄ hōiā p̄teritā fuerit solus ante quā fuerint alij hōies, antecedēs est verū et cōsequēs falsum falsitas hōis est nota in casu: quia socrates nūc est omnis homo et immediate ante hoc verū erat dicere q̄ erat omnis homo: igitur nō incipit esse omnis homo. Et antecedēs p̄bo de prima parte illius nō est dubit. Secundā partē p̄bo quia ista que est eius contradictoria immediate ante hoc socrates fuit omnis homo est falsa: quia ly homo stat p̄ omni hōie p̄terito positus si ly post capiat p̄positionaliter. Ad hoc respondetur negando maiorem immo dico q̄ sicut consequēs est falsum ita et antecedens p̄o secunda expōnente: quia sua contradictoria est vera: scilicet immediate ante hoc socrates fuit omnis homo ut patet exponendo sic post quodlibet instans p̄teritum ante hoc socrates fuit omnis homo: quia qualibet singulari data sub ly instans inuenies vnam veram ascendendo sub determinatione quam includit ly fuit. Cui exponens equiualeat isti ante quodlibet instans p̄teritum in aliquo instanti socrates fuit omnis homo.

**Quarto arguitur.**

